



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. CXXIII. Negotia Sæcularia, Quantum fieri potest, non tractanda
Ecclesiastico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

§. Medicus præfertim spiritualis multorum instar. Qualem propriis viuisque coloribus depingit S. Basilus serm. de abdicatione rerum: *Summa*, inquit, vigi-
 lantia, acerrimaq; in omnes partes animi circumspectione ope-
 ram dato, vt aliquem virum tibi inuenias, quem in omnibus Qualis con-
 fessorius &
 consultor.
 deinceps delecta tibi vita studiis certissimum duceret sequere,
 eiusmodiq; qui rectum iter ad Deum volentibus pergere,
 sciat commonstrare: qui ornatus virtutibus sit, cuius vniversa
 totius ipsius vitæ actiones testimonio sint, charitatem in eo erga
 Deum inesse, qui diuinarum litterarum scientiam habeat, vi-
 rum integrum nec vlli distractioni indulgentem ab auaritia ab-
 horrentem, minimè libenter gerendis se negociis admiscentem,
 quietum, amantem Deum, egentium studiosum, minimè ira-
 cundum, iniuriarum immemorem, natura propensum ad eos
 docendos, qui ad ipsum accedant, quem gloria inanis non inflat,
 superbia non extollat, adulatio non frangat, seuerum atq; con-
 stantem, cui deniq; nihil sit præstantius honore Dei. Ac si talem
 quempiam nactus fueris, tum verò voluntatem tuam omnem
 expuito, ac foras proiicito: atq; vbi hoc feceris, dede te illi, vt sin-
 cerissimum veluti vas quoddam existas, qui que in te in-
 fundantur virtutes, ad laudem Dei glori-
 amque ab omni vitio castus
 conserues.

C A P. CXXIII.

NEGOTIA SÆCVLARIA, QVANTVM
 fieri potest, non tractanda Eccle-
 siastico.

§. VT liberè, plenè, & ex toto se in diuinum obse-
 quium cultumq; impendant inanibus, pro-
 fanis, ac superfluis curis & occupationibus se expedi-
 ant. Nemo, ait, Apostolus 2. Timoth. 2. v. 4. Sussum ver-
 sus sacrorū
 flum. num
 feruntur
 jon. es. *militans*
 Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se proba-
 uit

uit. Et Dominus Matth. 6. v. 24. Nemo potest duobus Dominis seruire. Et eodem c. superius v. 19. 20. 21. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Theaurizate autem vobis thesauros in celo. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Qui denuo præcipit Luc. 21. v. 34. vt diligenter animaduerimus, ne mundanis curis velut pondere degrauentur animi nostri & ægrè se ad cœlestia attollant. Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ & superueniat in vobis repentina dies illa.

§. Psal. 45. v. 10. rursum hortatur Deus. Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, id est, superuacaneas huius sæculi curas & cogitationes deponite & contemmini quod ego sim Deus infinita natura, potentia, scientia, bonitate, iustitia præditus. In quem Psalmum & versum S. Basil. Quatenus, inquit, iis rebus vacamus, quæ alienæ sunt à Deo, Dei notitiam recipere nequaquam valemus. Quis enim eorum quæ mundi sunt, sollicitus, seq̃, immergens multimodè distractioni carnis, attendere possit verbis Dei, satisue faceret tantarumque contemplationum exacta comprehensione? Nonne vides quod in spinas dilapsum verbum à spinis suffocatur? Spina namq̃, carnis voluptates & diuitiæ & cura sunt huius sæculi. Luc. 8. v. 7. 14. Extra hæc omnia constitutum esse, opus sit eum, qui cognitionem Dei desiderat, debetq̃, ab omnibus perturbationibus, atq̃, affectibus vitiosis vacare, sic demum scientiam Dei apprehendere. Idcirco Dominus alias dicit Luc. 14. v. 33. Qui non renunciat omnibus quæ possidet, vt nimirum affectum ab iis abiungat, non potest meus esse discipulus.

§. 12. q. 1. c. 7. Duo sunt. Ex S. Hieronymo dicitur, quod quia Clerici mancipati sint diuino officio & dediti contemplationi & orationi ab omni strepitu temporalium cessare iis conueniat. Et capitis raso temporalium omnium depositionem significet.

§. Sunt verò peculiaria quædam Sacerdotibus interdita, de quibus Concil. Mogunt. c. 10. de vita Clericorum. Clericis lege Patrum cauetur, vt à vulgari vitæ se-

Nunc aliqui
spectacula
præbent.

clasi, à mundi voluptatib. abstineant, non spectaculis, non pom-
 pu intersint: conuiuia inhonesta, & turpia effugiant. S. Hieron.
 ad Nepoteanum dicit: Omnium Christianorum domos quasi
 proprias amare debemus, vt consolatores nos in meroribus suis
 potius, quam conuiuas in prosperis, nouerunt. Et Isid. de off. l. 2. c.
 1. Lege Patrum cauetur, vt Clerici conuiuia publica fugiant; Sobria sine
 priuata non tantum pudica, sed & sobria colant. Vsuris nequa-
 quam incumbant; nec turpium occupationes lucrorum, frau-
 diq. alicuius studium non appetant. Amorem pecunie quasi
 matrem cunctorum criminum fugiant. Secularia officia, nego-
 tiaq. abiiciant. Horum gradus per ambitionem non subeant. Clerico.
 Non vagis oculis, non infremi lingua, aut petulanti, tumidoq. ge-
 stu incedant, sed pudorem, ac verecundiam mentis habitu, & in-
 cessu ostendant. Obscenitatem etiam verborum, sicut etiam cor-
 porum, penitus execrentur. Viduarum ac virginum frequen-
 tissimas visitationes fugiant. Conubernia feminarum nullatenus
 appetant. Castimoniam quoq. inuolati corporis perpetuo
 conseruare studeant. Seniorib. quoq. debitam præbeant obedi-
 entiam, neq. vilo iactantia studio se attollant. Postremo in doctri-
 na, & lectionibus, psalmis, hymnis, & canticis exercitio iugi in-
 cumbant. Tales n. debent esse, qui diuinis cultib. se mancipandos
 studeant exhibere, vt scil. dum scientia operam dant, doctrina
 gratiam populis administrent.

S. Rursum idem Conc. Mog. Ne cler. vt mon. c. l. dist. 68. c. *Munerum*
 peruenit. dist. 88. c. decreuit. c. consequens. Multa sunt negotia *corruptela*
 secularia, de quib. pauca perstringemus. Quicquid plus iusto ap- *non admit-*
 petit homo, turpe lucrum est. Munera iniusta accipere vel etiam *tenda.*
 dare. Pro aliquo seculari quaestu pretio aliquem conducere. Con- *Inuicite pu-*
 ditiones, vel lites, vel rixas amare. In placitis secularib. disputa- *pillo. defen-*
 re, excepta defensione orphanorū & viduarum. Conductores se- *dite v. duam*
 cularium rerū aut procuratores esse. Turpis verbi vel facti esse ia- *isa. 1. v. 17.*
 culatorum vel iocum secularem diligere. Aleas amare. Orna- *Temporal. ii*
 mentum inconueniens proposito suo quarere. In deliciis viuere *bonorū ad-*
 velle. Gulam & ebrietatem sequi. Pondera iniusta vel mensuras *ministratio*
 habere. Negotium iniustum exercere; Canes & aues sequi ad *recusanda.*
 renandum: & omnibus quibuslibet causis superfluis *Non sit ve-*
 nator, sed ani- *nator, sed a-*
 rum.

Muliercula-
rum fuga.

Maiorib. da-
serendum.

Pietati stu-
dendum.

Munerum
corruptela
non admit-
tenda.

Inuicite pu-
pillo. defen-
dite v. duam

isa. 1. v. 17.

Temporal. ii
bonorū ad-

ministratio
recusanda.

Non sit ve-
nator, sed a-
nator, sed a-

rum.

interesse. Ecce talia, & his similia ministris altaris Domini contradicimus. De quibus ait Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.

CAP. CXXIV.

SUPERVACANEVM TEMPVS
spiritali lectioni tribuen-
dum.

§. QVod tempus diuinis officiis & necessariis superest negotiis libenter piæ lectioni impendant, audituri quid in ipsis loquatur Dominus Psalm. 84. 1. Timoth. 4. v. 13. Attende lectioni, exhortationi & doctrine. Quando legis, ait S. August. in Psalm. 85. Deus tibi loquitur, quando oras cum Deo loqueris.

Astiduus precator & lector Dei factus, quando oras cum Deo loqueris. Origenes vel studuit, vel orauit.

§. De antiquissimo illo scriptore Origene presbytero, cui cognomentum Adamantius ob nunquam fatigabilem in scribendo legendoq; naturam ab inuincibili adamante inuenit. S. Hieron. epistola 18. ad Marcellam refert, nunquam cibum sine lectione sumpsisse, nunquam inisse somnum, nisi vnus è fratribus sacris litteris personaret, hoc diebus egisse & noctibus; vt & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. Quid nos, ait, ventris animalia, tale vquam fecimus? quos si vel secunda hora legentes inuenerit ostentamus & manu faciem defricantes continemus stomachum, & quasi post multum laborem mundialibus rursum negotiis occupamur. Prætermitto prandia, quibus mens onerata premitur. Pudet dicere frequentiam salutandi, qua aut ipsi ad alios pergimus, aut ad nos venientes ceteros expectamus. Deinde in verba: sermo teritur: lacerantur absentes: vita aliena destruitur & mordentes inuicem consumimur ab inuicem Gal. 5. 7. 15. Ista D. Hieronymus.

Sacra lectionis impedi- menta.

§. Hortatur itaq; Clericos S. Ambr. lib. 1. off. c. 20. Cur non illa tempora, quib. ab Ecclesia vacas lectioni impendat?